



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Index obseruandorum in Visitatione locorum. §. IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- imagines, Sacrificia, Cœmterium, Baptisterium autem, & Sacras Reliquias cum luminiibus accensis; & hæ incensantur.
 12 Postea q̄des Ecclesiasticas, Hospitalia, Confraternitates, & loca pia.
 13 Pro confirmatione ministranda paratur pluiali, & stola albì coloris; sicut etiam pro consecratione, seu benedictionibus Pontificibus rerum lacrarum.
 14 Audit confessiones, & querelas, inquirit, vt, opus est, de conuersatione Cleri, & populi de rebus spiritualibus, & temporalibus, de libris, & ornamentis.
 Hac omnia ex Pontificali Romano, hoc eodem ordine, & paucis additis.

ANNOTATIONES.

- 1 *Visitare debet prius familiam suam Episcopus, deinde alios, ordine quem diximus; Cathedralem, Collegatas, Parochiales, &c.*
 2 *Prædictus tamen ordo est arbitrarius Episcopo, præsertim si vesperi veniat ad locum*

4 De Sanctissima Eucharistia,

Obseruet Episcopis, & Notarius describat, an sint, qualia sint,
 quæ sequuntur.

| | | |
|-----------------------|-----------------------------|-----------------------------|
| Tabernaculum ligneum. | Fragmenta. | Bursam cum chordulis; albam |
| Conopæum, & an plura. | Renouationem. | pro rurali communione, vt |
| Vestem interiorem. | Clauem auratam. | à collo pendeat Pixis. |
| Corporale stratum. | Basim tabernaculi vacua. | Vmbellam. |
| Pixidem. | Lampadem ardentem. | Laternam. |
| Auro litam intus. | Tabernaculum gestatoriū pro | Intortitia. |
| Velum. | Procesione. | Velum pro humeris longum. |
| Particulas. | Pixidem pro infirmis. | |

5 De Baptisterio.

| | | |
|--------------|-------------------------------|-------------------------------|
| Qualis Fons. | Imago Sancti Ioannis Baptiste | Cochlear pro infundenda aqua. |
| Conopæum. | Christum baptizantis. | Vas Oleorum sacrorum. |
| Vimbella. | Aqua. | Sal. |
| Cancelli. | Sacratum vicinum. | Lintei ad tergenda capita. |

6 De Oleis Sacris.

| | | |
|---------------------------------------|--|---|
| Armarium in Ecclesia. | ex corio ambusto, vel lignea. | thedrali Oleis. |
| A latere Euangelij. | Bombacium madidum oleo; & siccum superius. | Arcula, & clavis, si mittatur, quæ deferat. |
| Cum inscriptione maiusculis litteris. | Bursa violacea. | Renouatio. |
| Ornatus exterior, & interior. | Ampullæ pro deferendis à ca- | Combustio veterum. |
| Vas stannicum intra capsulam. | | |

7 De

7

| | | |
|-------------------|-------------------------------|--------------------------------|
| Sedes in publico. | Imago pia. | dem affixi. |
| Lamina forata. | Bulla Cœnæ. | An claudi queat ipsa sedes, ne |
| Velum spissum. | Casus Episcopo reseruati ibi. | laici sedent. |

8

| | | |
|------------------|---------------------|-----------------|
| Armarium. | Nomina Reliquiarum. | Claves. |
| Vestis interior. | Approbatio. | Officia diuina. |
| Theca propria. | Expositio. | Festa. |

9

| | | |
|--------------------------------|---------------------|-------------------------------|
| Altare maius. | Icon. | Campanula. |
| Gradus ad illud. | Statuæ. | Clavis pro bireto Sacerdotis. |
| Gradus in eo. | Tabella secretarum. | Pulvinaria. |
| Ara lapidea. | Tela stragula. | Tabella vltimi Euangeli. |
| Consecratio totius. | Mutatio mapparum. | Dos Altaris. |
| Tela cerata, immobilis. | Pallia varia. | Patronus. |
| Fenestellae nullæ. | Vmbella. | Onera Missarum. |
| Mappæ tres, vel vna duplicata. | Suppedaneum. | Titulus beneficij. |
| Earum Benedictio. | Fenestra vrceorum. | Festum. |
| Crux. | Cancelli. | An Officium. |
| Candelabra. | Cereostata. | Privilégium Defunctorum. |

10

| | | |
|---|----------------------|------------------------------|
| Chorus. | Vasa aquæ Benedictæ. | Clavis. |
| Crux magna in medio alto loco, cum Saluatorे. | Porta. | Vlsus carum. |
| Sedes Episcopalis cum gradibus & Vmbella. | Super eam imago. | An ad lacorum negotia. |
| Naves Ecclesiæ. | Crux in culmine. | Confessio sub altare majori. |
| Parietes. | Cæmeterium. | Patronus. |
| Imagini Sanctorum. | Clausura. | An pro fina seruentur ibi. |
| Pulpitum. | Crux lignea. | Epitaphia indecora. |
| Fenestræ. | Alibores nullæ. | Sculptura pro Clero. |
| Sepulchra. | Campanile. | Pro pueris. |
| Sedes mulierum, & populi. | Campanæ. | Ecclesiæ titulus. |
| Divisio sexus. | Eatrum benedictio. | Dedicatio. |
| Tectum. | Funes, scalæ. | Festum vtriusque. |
| Pauimentum. | Tectum. | Officium quo ritu. |
| Armaria. | Culmen. | Alia Festa propria. |
| Acicula eleemosynarum. | Crux. | Indulgentiae. |
| | Pauimentum. | Stationes. |
| | Ostium. | Oratio quadraginta horarum. |

11

| | | |
|---------------|----------------|---------------------|
| Sedes. | Martyrologium. | Cæmoniale. |
| Legilia. | Calendarium. | Directorium Chori. |
| Antiphonaria. | Pontificale. | Libri Processionum. |
| Breuiaria. | | |

De Choro.

12 De

De Sacristia.

| | | |
|---|---------------------------------------|-------------------------------|
| Armaria. | Pluuialia. | Instrumentum conficiendarum |
| Arcæ. | Pallia. | Hostiarum, & Particularum. |
| Labrum ad lauandas manus. | Mappæ variae. | Cribrum pro particulis. |
| Manutergia. | Mappulae ad manus tergendas. | Vasa florum fictorum. |
| Oratorium. | Aliæ ad communionis vsum. | Vasa ad lauanda corporalia. |
| Tabellæ precum ante, & post Missam. | Superpellicea. | Piscina sacra. |
| Preces ad paramenta. | Integumenta Missalium. | Candelabrum triangulare. |
| Missalia. | Signacula. | Candelabrum Cerei Paschalis. |
| Calices. | Puluinaria pro Missali. | Feretrum. |
| Patenæ. | Alia pro genibus. | Pannus mortuorum. |
| Purificatoria. | Imagines deuotæ. | Legilia. |
| Corporalia & pallæ. | Tabellæ onerum, Festorum, | Libri. |
| Vela. | Vigiliarum. | Rituale nouum. |
| Burſæ. | Vrceoli. | Missæ reiectæ, non approbatæ. |
| Coryla Hostiarum. | Peluiculæ. | Calendarium. |
| Amictus. | Campannulæ. | Portæ. |
| Albæ. | Vasa pro laicorum purificatio- ne. | Claves. |
| Cingula. | Supellex argentea. | Pauimentum. |
| Stolæ, Manipuli, & Casulæ quin- que colorum. | Thuribulum cum nauicula. | Fenestræ tutæ. |
| Festiuæ. | Crux processionalis. | Parietes. |
| Feriales. | Vexilla. | Tectum. |
| Dalmaticæ. | Vas pro aqua cum aspergillo. | Inuentarium prædictorum. |
| | Tabella Pacis. | Subterraneus locus pro vino |
| | | Missæ. |

13

De Aedibus Ecclesiasticis.

| | | |
|-------------------------|--------------------------|------------------------|
| Incolæ. | Facinorosorum latibulum. | Distantia ab Ecclesia. |
| Cohabitatio ancillarum. | Reparatio. | |

14

De Oratorys.

| | | |
|------------------------|--------------------------|-----------------------|
| Vt supra de Ecclesia. | Baculos Priorum. | Inuentaria bonorum. |
| Adde. | Libros precum. | Orat. 40. horarum. |
| Vexilla. | Arculas eleemosynarum. | An Missæ solemnes. |
| Crucem processionalem. | Tabellam Indulgentiarum. | Offic. diuinum maius. |
| Cappas. | Aggregationis diploma. | |

15

De Hospitalibus, & locis Pijs.

| | | |
|-------------------|--------------|---------------------|
| Porta. | Supellex. | Indulgentiæ. |
| Inscriptio. | Inuentarium. | Oratio 40. horarum. |
| Cellæ. | Statuta. | Lecti. |
| Distinctio sexus. | Fundatio. | Genus infirmorum. |
| Tabellæ onerum. | Priuilegia. | Ministerium. |

16

De Oratorys Viarum, seu Capellulis.

| | | |
|----------------|---------------------|------------|
| Altaria nulla. | Clausura à bestijs. | Reparatio. |
| Imaginiæ. | | |

17

De Monasterijs Monialium.

| | | |
|-----------|----------------------------|------------------------|
| Clausura. | Fenestrellæ Communionis, & | Collocutoria. |
| Portæ. | Confessionis. | Fenestræ. |
| Parietes. | Crates ferreae duplices. | De Ecclesia, vt supra. |

AN.

ANNOTATIONES.

- A** N possint ostia frangi ab Episcopo Visitante recusantes visitari quo ad clausuram. Vide Fuscum de Visitat. lib. 2. cap. 19. ubi ex professo tractat. cum distinctionibus, & tandem concedit.
- 2 Impedientes quo minus Episcopus sua vntur iurisdictione: excommunicatur in Bulla Cœne Domini num. 15.
- 3 Inuocari potest brachium seculare. quod si neget, excommunicari potest cap. 2. de maledicis, & cap. 1. de Offic. Ordin.

Index decernendorum in Visitatione locali,
& materiali. §. X.

P eritus Sacrorum Canonum Episcopus, Decretorum synodalium, & communioris usus. Ecclesiæ Catholicæ, quædam statim decernet, & in ipso Visitationis actu exequetur, quædam maturius circa finem Visitationis locorum; & personarum.

- 1 Nam decernet statim, & singillatim, ea, quæ seqnuntur.
- 2 Altarium demolitionem, ubi facienda est.
- 3 Aratum confractionem. Veteris Christiatis, & Oleorum ambustionem.
- 4 Sepulchrorum amotionem, seu obstructionem, si loco vetito.
- 5 Amotionem bradellarum, sedilium, & aliorum impedimentorum.
- 6 Item profanarum imaginum, aut rerum.
- 7 Lacerationem corporalium, purificatoriorum, & rerum indecentium sine remedio.
- 8 Profanationem calicium, & patenarum; item Ecclesiarum, quæ fit, ut infra.
- 9 Claustrum portarum laterali.
- 10 Lacerationem Missalium, Breuiariorum nimis indecentium.
- 11 Amotionem arborum à Cœmeterio, & locis Sacris.
- 12 Ramorum incisionem, qui nocent parietibus Ecclesiæ.

Ea vero, quæ maturius, & data opportunitate temporis, sunt executioni mandanda.

- 1 Altarium reconcinnatio, & bradellarum.
- 2 Vmbellæ constructio super altare.
- 3 Telaria altarium lignea.
- 4 Septa altarium.
- 5 Fenestella pro vrceolis.
- 6 Cruces, candelabra, & alia huiusmodi, assignato congruo spatio temporis, iudicio Episcopi, & pena pecuniaria, aut alia ad ar-

bitritum, non autem censuris, vel certe, non lata sententia, nisi ex maxima causa.

Alia denique sunt, quæ reseruari debent, examinandam melius adhibitis etiam in consultationem doctissimis viris, peracta tota Visitatione, ne diutius immorans Visitator loca plus iusto grauet.

ANNOTATIONES.

- 1 **D**E Predictis aliqua fieri debent sumptibus Rectoris Ecclesie, aliqua populi are vel viriisque.
- 2 Regula est in Actis Eccl. Mediol. ut cum Ecclesia redditus suspetunt commode ad omnes expensas, non compellatur populus, nisi ad cœmeterij impensam; præterquam ubi est consuetudo populo etiam alia praestandi: que retineantur.
- 3 Si vero non suspetunt fructus Ecclesia præter victimum Sacerdotis, totum, quod deest Parochiali Ecclesie ac eis Parochialibus in fabrica suppelleant sacra vel Clerici sustentatione, curandum est impensa Populi.
- 4 Altarium minorum instauratio, ex Decreto S. Caroli in Synodo Diœcesis IV. praestanda est per eos, quibus ex fundatione, alioue iure, onus eiusmodi impositum est, si nulli ij sint, siat eorumdem altarum censu, legatoque Misericordia facienda relictio, si minus satis est, mo-neantur ij, qui ibidem habere ius sibi persuadent si neque hi sint, detur ijs, qui sponte velint, vel ij praestant, quibus incumbit onus reliqua Ecclesia, datoque certo termino amo-ueantur, & ad altare maius, seu aliud transferantur Hac ibi.
- 5 Si partiendum est onus, assignetur Rectori potius, quæ pertinent ad paramenta, mappas, & reparacionem Altaris maioris; populo, quæ ad fabricam.
- 6 Quæ attinent ad Sacram Eucharistiam, detur schola Corporis Christi, cum facultate, ut quaestuet ad hunc effectum.
- 7 In taxandis Capellani fructibus pro reparacione, & ornatu, habeatur ratio, ne graueatur ultra id, quod assignaretur mercenario implenti onera Capella.
- 8 Ultimum remedium est supersedere à toto servitio, vel eius parte per aliquod tempus; & quod impendereatur, si à mercenario praestandum esset, assignetur pro impensa, data facultate Titulari, si inops esset, suscipiendo oneris in alio altari, vel Ecclesia cum sua eleemosyna.
- 9 In ijs quæ minutiora sunt, ut claves, corporalia, &c. non excusatetur Rector illo quoniam inopia.